

sunt quæ ad *Leez*, *Witbam*, & *Markshall* in *Essexiæ* Comitatu, *Knaresborough* in *Eboracensi* Provincia, *Ilmingtoni* in *Warwicensi* agro, & *Aylesham* in *Norfolcia* occurrunt. 2. *Acidulæ* seu *Chalybeatæ* leviores, ut *Tunbrigenses* in *Cantio*, *Wellingburgenses* in *Northamptonia*, *Islingtonienses* prope *Londinum*, *Felstedenses* in *Essexia*, & *Oultonenses* in *Norfolcia*.

Prædictus Autor tertium adhuc Genus harum aquarum constituendum arbitratur, cui *Acido-chalybeatarum* nomen convenire censet. Hujus generis characteristicam facit: Quod ponderosiores sint, coloris sui tenaces, quod mineræ minus, plus spiritus continent, quodque cum gallis colorem *Cerasi* instar rubentem reddant, ad modum Spirituum *Vitriolinorum*. Hanc classem esse ad quam *Markshallenses*, & *Knaresburgenses* propriè & peculiaritèr pertinent. Hanc divisionem instituisse sibi in animo fuisse affirmat, verum ob nimiam festinationem memoria excidit membrum hoc tertium, & omisum est.

2. *Salinæ* vel *Catharticæ*: celebriores sunt *Epshamensis* in *Surreia*, *Barnetina* in *Middlesexia*, *Northallensis* in *Hartfordia*, *Strettamensis*, *Dullesensis*, *Actoniensis*, &c.

Hæ etiam à prædicto Autore in tres species dividuntur: 1. *Seleneticæ*, quæ *Epshamæ* in *Surreia*, *Actoni*, & *Kensingtoniæ* in *Middlesexia*, & *Colcestriæ* in *Essexia* seaturunt. 2. Quæ in tertia lutosa æquabili existunt, ut ad *Richmond*, *Lambeth*, & *Strettham* in *Surreia*, *Dulwich* in *Cantio*, *Northall* & *Barnet* in *Hartfordia*, *Upminster* & *Brentwood-Weal* in *Essexia*. 3. Quæ chalybeatam admixtam habent, ut *Scarburgi* in *Eboracensi* Comitatu, & ad *Woodham-Ferrers* in *Essexia*.

Quod ad vires & ulus prædictarum mineralium aquarum attinet, eas in libro prædicto requirendas omitto.

3. *Sulphuræ* seu *Thermæ* *Bathonienses* in *Somerset*, & *Buxtonienses* in agro *Derbiensi*, *Aquisgranenses* juxta limites Ducatus *Fuliacensis* & *Limburgensis*, *Borbonenses* apud *Gallos*, *Baiæ* apud *Italos*, *Badenses* in *Germania*, *Bollenses* in Ducatu *Wurtembergico*, *Budaenses* in regno *Hungariæ*, *Hungariæ*, &c. *Vires*. Aquarum mineralium *Vires*, pro diversitate commixtorum mineralium discernendæ, in quibus tamen, cum impossibile sit, in accuratam earum devenire mixtionem, experientiæ potiores partes dandæ sunt. *Schrod.*

Qui particulares usus variarum Aquarum Medicinalium scire desiderat, adeat prolixas dissertationes Autorum de iis expressim scribentium, viz. *Gab. Fallopius*, *Gesnerus*, *Johannem Baubinum*, *Hen-*

ricum ab Heers, *Baccium*, *Jordanum*, *Autores Venetiis impressos*, *Blondellum*, *Wittium*, *Glosium*, *Listerum*, *Boyleum*, *Slareum*, *Æt. Philosoph. Lond. No 351. p. 564.*

SECTIO SECUNDA.

De Terris Medicamentosis.

EX mineralibus sunt, quæ terræ faciem adhuc quidem retinentia, à communi tamen terra quodammodo recedunt.

Terræ medicamentosæ sunt corpora friabilia, & arida, indurabilia, opaca, si in aqua solutæ fuerint, per filtrum separabilia.

Hæ in quatuor classes dividi possunt, viz. 1. *Boli*. 2. *Argillæ*. 3. *Margæ* vel *Lutræ*. 4. *Cretæ*. De quibus, suis locis.

Terræ variis modis ab authoribus dividuntur, ratione qualitatum, colorum, saporum, odorum, mixturarum, & locorum: vel ratione usus; sic *Figuli* & *Plastæ* sibi seligunt *Argillas* & *Cretas*. *Fabri lignarii* *Rubricas*. *Pictores* *Paretonium*, *Melinum*. *Fullones* *Cimoliam* & *Terram Saponariam*. *Fabri Argentarii* *Cretam argentariam*. Alii alias. *Medici* *Terras præparatas* & sigillatas. Vide *Casp. Swenckfeldium de Fossilibus*, pag. 394. ad pag. 398.

I. De Bolo.

EST terra ex pallido rubra, pinguis, & parùm *Stiptica*, & ad linguam promptè adherens.

1. *Bolus Armena* *Offic.* *Bolus Armena Orientalis* *Mont. Exot.* 13. *Bolus Orientalis* *Charlt. Foss.* 5. *Calc. Mus.* 111. *Bolus Armena* sive *Armeniaca* *Dugd. Ind.* 118. *Bolus orientalis*, quibusdæm *Armena* *Worm. Mus.* 11. *Bolus* seu *Terra Armenia* *Aldrov. Mus. Metall.* 269. *Bolus Armenius* verus *Kentm.* 7. *Bolus vera* quibusdæm. *Bolus Armoniacæ*. Est substantia terrea, ex flavo pallidè rubicunda, ponderosa, pinguis, facile friabilis, saporis astringentis. Eruitur ex terræ fodinis in *Turcia*, & ad nos adfertur. Hodie apud nos est admodum rara, nam quæ apud *Pharmacopolas* adhibetur ad colorem *Rubricæ* accedens, ex *Hispania*, aut ex *Normannia* advehitur, ut scribit *Aldrov. Matthioli* ad *Rubicam Sinopicam* accedere existimat. *Vires*. *Alexipharmaca* est, inhibendo acidum in *Sanguine* astringit aliquomodo, & hinc in *Fluxionibus* adhibetur,

betur. Externè siccatur, ac cicatriculam inducit vulneribus.

2. Bolus Bohemica, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 271. Bolus Bohemicus rubens *Kentm.* 7. **German Bole.** Est substantia terrea ex flavo pallidè rubicunda, sed minùs intensè quam præcedens, cum aliquot venis flavescentibus, ponderosa, faciliè friabilis, saporis astringentis. Ex fodinis Bohemæ eruta ad nos advehitur. *Vires.* Eadem habet vires cum præcedente, & in Officinis nostris vulgarissima est. In febribus exanthematicis symptomate oppressis præstantissima prædicatur, ut scribit *Aldrov.*

3. Bolus rubra nostras *Ind. Med.* xxi. **French Bole.** Sed nobis est incognita, quomodo differt à Bolo nostro.

4. Bolus Blesensis, *Ind. Med.* xxi. **Earth of Blois.** Terra est ex rubro pallescens. De usu ejus nil inveni.

5. Bolus Toccavienfis *Offic. Charlt. Foss.* 5. *Worm. Mus.* 2. Bolus Hungaricus, *Crato.* Bolus Tokaikus, *Schw.* 370. Bolus Pannonicus verus, *Kentm.* 7. **Transylvanian Bole.** Notas Boli Armenæ veræ habet, & instar butyri in ore liquefit. In Transylvania ad Tocaum seu Tockai effoditur. *Vires.* In Catarrhis & peste valdè commendatur. A *Cratone* in usum medicum fuit traductus, qui eam præfert Armenæ, quæ Imperatori ex Turcia allata erat. An à priori differat, nescio.

6. Rubrica Sinopica *Offic. Matth.* 1359. Rubrica Sinopis *Agricol.* 583. Terra Sinopiana *Tourn. Voyag. Ed. Lond.* 2. 159. **Earth of Sinope.** Optima verò est spissa, gravis, jecoris colore, sibi que tota concolor: & quæ, cum diluitur, diffunditur copiosè. Effoditur in Cappadocia, Sinope urbe venditur. *Vires.* Vim habet exiccatoriam, album sistit, &c. *Diesc.*

Sunt qui putant viridem esse, arbitantes colorem viridem in re armoria Sinople Gallicè dictum, ex oppido Sinope nomen accepisse, narrat *Teurnefortius*; veteres eam haud leviorē mollioremve existimasse, quàm Bolum quæ in variis Hispaniæ locis reperitur, & *Almagra* appellatur; denique esse *Crocum Martis nativum* censet.

7. Bolus Armena lutea *Mont. Exot.* 13. Bolus luteus Theophrasti *Kentm.* 7. Bolus Armenus naturalis flavus *Aldrov. Mus. Metall.* 270. An Terra Arabica sigillata sublutea *Charlt. Foss.* 6? **Pellow Armenian Bole.** Linguae adhæret, fortiter astringit, & vim resistendi malignitati eximiam obtinere dicitur.

8. Bolus candidus *Offic.* Bolus candidus Lignicenfis seu Terra sigillata Goltbergenfis *Charlt.*

Foss. 5. *Worm. Mus.* 10. Bolus candidus Lignicenfis *Schw. Foss.* 397. Terra sigillata Lignicenfis *Schrod.* 318. *Aldrov. Mus. Metall.* 265. Unicornu Minerale *Schrod.* 111. 318. Axungia Lunæ Chymicis. **White Bole.** Effoditur ad Goltbergam in Ligiis, & Strigonium. *Vires.* Capitis dolores mulcet & mitigat, cerebrum roborat, Diarrhææ & Dysentericæ medetur, albumque Uteri fluorem peculiari vi curat.

9. Bolus Armena alba *Mont. Exot.* 13. **White Armenian Earth.** Ex Armenia transportatur. *Vires.* Cum primo convenit. In Officinis nostris non invenitur.

II. De Argillis.

SUNT terræ ponderosæ, unctuosæ ac pingues, quæ linguae promptè adhærent, & in ore detentæ & sevo quasi constare videantur.

A. 1. Argilla *Offic. Mer. Pin.* 219. *Charlt. Foss.* 1. *Worm. Mus.* 2. *Schw. Foss.* 365. *Aldrov. Mus. Metall.* 227. Argilla nostras figulina *Ind. Med.* xiv. **Clay.** Variæ sunt species & colores, in usu Figulorum & aliorum Mechanicorum, sed quænam ex omnibus in usum medicum veniat, me planè nescire fateor. *Kentmannus* p. 4, & 5. enumerat Argillas candidas micis argenteis interitentes: Cinereas, ex qua Noribergæ cum terra arenosa fiunt vasa liquationis, in quibus Orichalcum conficitur. Luteas. Fulvas. Rubras micis argenteis nitentes. Ferrugineas, quibus tinguntur Fornaces, quæ ex ferro fiunt. Bohemicas friabiles, ex quibus eximuntur Granati. *Vires.* Omnes species Argillarum siccant, astringunt, & abstergunt. *Avicen.*

Apud *Wormium* Porcellana Chinenfis est Argillæ purissimæ species. Vide susè differentem pag. *Mus.* 3. etiam *Aldrov. Mus. Metall.* 230. Pulverem fragmentorum horum vasorum nonnulli in dentificiis adhibent.

A. 2. Terra Lemnia *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 262. Terra Lemnia rubra *Worm.* 10. *Charlt. Foss.* 5. Lemnia terra *Matth.* 1360. Lemnia vel sigillata vera *Kentm.* 3. Lemnia terra *Dougl. Ind.* 52. Terra sigillata Turcica rubra *Mont. Exot.* 14. **Earth of Lemnos.** Est substantia argillacea, sebacea, pinguis, & ponderosa, ex flavo rufescens. Eruta ex terris fodinis in Insula Lemno & alibi in Turcia, undè ad nos adfertur. *Vires.* Sanguinem aliquo modo incrassat & astringit, præsertim si particule acidiores in Sanguine abundant, nam cum acido effervesceat: Alexipharmaca ac Sudorifica est; Alexipharmaca inhibendo motum

Sanguinis pestilentiali aliquo fermento excitatum; sudores ciere potest constringendo vasa, & sic exprimendo serum aliquod.

A. 3. Terra Lemnia alba *Offic.* Terra Lemnia sigillata alba *Charlt. Foss.* 5. Terra sigillata Lemnia alba *Worm.* 9. Terra Lemnia vel sigillata candida *Kentman.* 1. Terra sigillata Turcica alba *Mont. Exot.* 14. **White Earth of Lemnos.** Aliquantulum tenax & lubrica est, ob pinguedinem, adeo ut linguae adhæreat sine mordacitate. Si in aqua resolvitur, similis erit molli ceræ. In Insula Lemno eruitur. *Vires.* Sanguinis ex utero profluvia, & fluxus muliebres compescit, venenis morbisque malignis resistit; rabidi canis morsui medetur.

A. 4. Terra Eretria *Offic.* *Matth.* 1392. Terra Eretria cinerea ultramarina, quæ Medici utuntur, *Kentm.* 1. **Eretrian Earth.** Duæ sunt Eretrides; una alba est, altera cinericea. Optima habetur ad cinericeum colorem vergens, perquam mollis: quæ si per æramenta tracta tractim ducatur lineam violaceam refert. *Vires.* Vim habet astringentem, & refrigeratorem, leviter mollientem: cava explet, & sanguinolenta conglutinat *Diosc.*

A. 5. Pnigites *Offic.* *Charlt. Foss.* 3. *Worm.* 5. Terra Pnigites *Aldrov. Mus. Metall.* 259. *Matth.* 1392. **Black Earth.** Pinguis est, spissa, mollis, nigra, astringens, & acris valde, sapore Vitriolum refert. *Vires.* Eisdem effectus habet quos Cimolia, paulo tamen infirmior est *Diosc.* Partibus divisis constare affirmat *Wormius.*

A. 6. Ochra *Offic.* *Mer. Pin.* 218. *Charlt. Foss.* 2. *Schrod.* 320. Ochra Anglica *Worm.* 17. Ochra *Aldrov. Mus. Metall.* 254. Ochra nativa *Calc. Mus.* 137. Ochra nativa sive Sil Goslariensis *Kentm.* 8. Ochra fossilis seu nativa crocei coloris *Dougl. Ind.* 64. Vitriolum abortivum *Lillar. de Font. Sil Plin.* **Yellow Oker.** Est substantia argillacea, coloris flavi, seu lutei, saporis astringentis. *Vires.* Siccatur, astringit, discutit, excrescentias reprimit. Usus ejus rarissimus est, & non nisi externus, ac præcipue in yibicibus & collisis, tum quoque in tumoribus duris discutiendis *Schrod.*

A. 7. Terra Silesiaca *Offic.* Terra sigillata vulgò, sive Terra Strigenfis. Terra sigillata Germanica lutea Strigenfis dicta *Schrod.* 111. 317. Sigillata Strigoniana *Charlt. Foss.* 5. Terra Silesiaca sigillata qui Chymicis Axungia Solis dicitur *ejusd.* 6. Terra sigillata Silesiaca, sive Terra sigillata Germanica, Sigillum Strigonienfe, Axungia Solis Chymicorum *Worm.* 12. Terra sigillata Silesiaca *Hoffm. Paral. Offic.* 664. Terra sigillata

Silesiana *Imp. Hist. nat.* 128. Terra sigillata Strigonienfis *Schwenck. Fossil.* 395. Bolus Silesianus *Calc. Mus.* 110. **Sealed Earth of Striga.** Terra est lutei coloris, ad flavedinem vergens, pinguis, viscosa, instar butyri in aqua vel ore diffuens. Generatur in Auri fodinis Montis acuti, seu D. Georgii ad Strigonium oppidum Ducatus Suidnicensis inter durissimas rupes. Inde eruitur, & summâ diligentia ordinatione Magistratus præparatur, & in formam orbiculorum impresso sigillo redigitur, montis diversis prominentiis distinctum, cui additur duarum clavium, decussatim se intersectantium, Scutum, ad dextram Stella infra montem hæc leguntur: Terra sigillata Montis acuti. Hujus Terræ meminit *Wormius* rubei coloris. *Vires.* Hæmoptoisis Phthificis, ulceribusque Pulmonum utilis: Contra omnem Hæmorrhoidiam valet: Dyenteriam aliâque ventris profluvia sistit, *Schwenck.* Magnopere laudatur à *Sennerto Lib. de Peste.*

A. 8. Terra sigillata alba & rubra magni Ducis Mont. *Exot.* 13. **White and red Sealed Earth of Tuscany.** *Vires.* Astringentia & edulcorantia affirmantur *Mont.*

A. 9. Terra Vitriolata sigillanda *M. Hoffm. Flor. Altdorf.* Hanc ex crypta Veldensi, **Dak Seiklock** dicta petitam. Similis est terræ Silesiæ. *Vires.* Idem cum Silesiaca in febribus mali moris multiplici experimento notavit *C. Hoffman. Paralip. Offic.* 665.

Terræ Sigillatæ ix. Species apud Pharmacopolas nostros, Druggistas vocat. venales observavi: 1. Argillam quandam seu terram pinguem, cineream, in orbiculos seu placentulas coactam Constantinopoli, undè ad nos adfertur, & characteribus Turcicis seu Arabicis inscriptam. Hæc (quamvis rarius apud nos inveniatur) species illa est, quæ nostrâ sententiâ usurpari debet, cum in formulis medicamentorum Terra Sigillata præscribitur, ut quæ Terræ Lemniæ veræ vires possideat, ideoque pro ea substitui possit, ut Succedaneum. 2. Terræ Lemniæ frustula seu fragmenta pulverisata, & cum mucilagine gummi Tragacanthæ in massulas composita. Hæc etiam rarius in Officinis invenitur. 3. Est Terra quædam pinguis, cinerea, Cimolice purpurasc. perquam similis, si non eadem. 4. Margæ species è fusco flavicans. 5. Bolus Germanica. 6. Bolus Armeniaca vera, sed rarius. 7. Rubrica, quam ochram rubram vocant Angli. 8. Cimolia alba, Hippitris & Veterinariis **White Lumberstone** dicta. Hæc pro Terra Samia vera vulgò venditur, ut suo loco ostendemus. 9. Ex Officina D. R. B. Terram quandam Terræ Silesiæ titulo

titulo accepi dē *Rubrica* & *Cimolia alba* in pulverem redactis & commixtis compositum. Hæ sunt omnes, quas hæcenus observavi, Terræ sigillatæ species, quamvis minimè dubitem quin & aliæ multæ inveniuntur apud Pharmacopolas fraudulentos in urbe Londinensi, & alibi, quibus imperitos fallunt, credulisque & incautis imponunt. Quocirca liceat mihi fratres & symmystas Pharmacopœos amicè admonere, ut (quod jam antea dixi) quodocunque in Receptis, quas vocant, Terra Sigillata præscribitur, vel primo hîc descriptam, vel ejus loco Terram Lemniam adhibeant. Vide Historias & Characteres Terrarum sigillatarum apud *Wormium* in *Musæo*, à p. 5. ad p. 15. etiam *Aldrovandum* in *Musæo suo Metallico*, p. 265. 266. 267. Major pars illarum sunt varia luta & limi siccati & signati, observante *Cæsalpino*. Monet quoque *Schwenckfeldius*, in Sigillata Terra emenda Pharmacopœi sibi diligenter caveant ab impostura. Solent namque circumforanei Lutum aut Argillaceum quiddam, in formam placentarum affabre fictum, & variis notis insignitum passim credulæ plebeculæ obtrudere, magno sæpè ægrotantium incommodo. Terræ Lemniæ, omnibusque aliis sigillatis multum præfertur à medicis Germanicis. *Charlt. Fossil.*

A. 10. Terra Turcica *Offic.* Terra sigillata Turcica *Schrod.* 317. Pastilli Turcici characteristicis insigniti *Worm.* 9. **Turkey Earth.** Color internus totius massæ cinereus, externus rubicundus; cum veræ Terræ Lemniæ minimè respondet. *Vires.* Pro Terra Lemnia communiter venditur, cujus viribus respondet.

A. 11. Terra sigillata Livonica *Offic. Worm.* 12. *Charlt. Fossil.* 6. **Sealed Earth of Livonia.** Rubicundior est quàm Terra Silesiaca. *Vires.* Valdè astringentia est; ideoque in Dysenteria, Diarrhoea, aliisque profluviiis commendatur.

A. 12. Cimolia purpurascens *Offic. Matth.* 1392. Smeectis seu Terra Fullonica *Mer. Pin.* 218. Smeectis seu Terra Saponaria Anglica *Worm.* 4. Smeectis seu Terra Saponaria & Fullonica *Charlt.* 2. **Fullers Earth.** Est substantia argillacea, pinguis, & ponderosa, è cinericeo purpurascens. Ex fodinis Angliæ eruta est. *Vires.* Usus ejus internus, vel nullus, vel rarus in Medicina est. Externe siccatur & astringit.

A. 13. Cimolia alba *Offic. Matth.* 1392. Terra Cimolia *Tourn. Voya. ad Angl.* 1. 113. Argilla alba *Charlt. Fossil.* 1. Cimolia Terra *Calc. Mus.* 127. Creta Fullonica *Worm.* 3. Creta Cimolia *Aldrov. Mus. Metall.* 1. 245. Terra Candida Saponaria sive Fullonica *Kentm.* 1. **Tobacco-Pipe**

Clap. Est substantia argillacea, unctuosâ, pinguis & ponderosa, colore albo. Effoditur è fodinis Angliæ. *Vires.* Siccatur & astringit, vel interne, vel externe. In febribus tam intermittentibus quàm continuis prodest, præcipuè què fuit in hujusmodi casibus *Mayeri* arcanum, uti *Windebankus* olim *Woodwardo* narravit.

Terra Cimolia, quæ nomen a Loco accipit, tantòque apud Antiquos pretio fuit, à *Tournefortio* describitur esse Creta alba, gravis & insipida, fabulo leviusculo aut arenulis abundans; hæc Autori nostro eadem esse videtur, atque Creta quæ apud *Parisios* nascitur, nisi quod Terra Cimolia sit pinguiuscula, & Saponi similis, pro quo etiam ab Incolis in linteis abstergendis usurpatur, nec enim alio utuntur Saponi; videtur autem natura haud absimilis *Steatiti*, qui in *Rupe Saponacea* apud *Cornubios* nascitur, eundemque ad usum adhibetur. Nec verò nuperus admodum est hic usus, quum etiam apud Antiquos pannis lavandis usurpata fuit, & ad hanc rem Cimolia alba nostra est aptissima, eamque ab causam nè ad exterâs gentes exportetur, lege cautum est. Hacce potissimum utuntur, qui fistulas, seu tubulos ad sugendum Nicotianæ fumum conficiunt. In placentulas coacta Sigillo aliquo notata, Terra sigillata alba **White Lumberstone** in Officiis dicitur. Eandemque pro Terra Samia non infrequenter à Pharmacopolis vendi observavimus.

A. 14. Terra Samia *Offic. Charlt. Fossil.* 3. *Aldrov. Mus. Metall.* 239. *Matth.* 1391. *Worm.* 5. **Earth of Samos.** Est substantia argillacea, sebacea, pinguis, & ponderosa, albi coloris, seu potiùs pallide ochroleuci, saporis astringentis. Ex insula *Samo* olim transportabatur, sed rarò in officiis nostris Pharmaceuticis invenitur. *Vires.* Sanguinis rejectiones sistit *Diosc.* Cum terra Lemnia viribus convenit, cui succedaneum est.

A. 15. Terra Chia *Offic. Charlt. Fossil.* 4. *Worm.* 8. *Aldrov. Mus. Metall.* 247. *Matth.* 1391. *Calc. Mus.* 125. **Earth of Chios.** Ex insula *Chio* allata est, terra crustosa, candida, vergens ad cinereum. Samiæ similis. *Vires.* Ad rugas abstergendas, ad ambusta, aliâque, ad quæ Samia commendatur *Worm.* Ejus loco substitui potest vel Samia vel Cimolia alba.

A. 16. Terra Portugallica. **Earth of Portugal.** Terra est colore subrubens ad rosam vergens. Stiptica & astringens, adeò ut linguæ adhæreat; in placentulas coacta, signatura rosæ impressa. *Vires.* Valdè astringentia & stiptica est: in profluviiis ventris valet.

D 2

Postquam

Postquam hæc scripseram, fragmenta quædam ollarum accepi nomine Terræ Portugallicæ, colore rubentis, instar Boli veræ, tactu stipticæ & astringentis. An Vasa figlina Lusitanica adversus venena *Aldrov. Mus. Metall.* 229? In omni fluxu ventris etiam laudatur.

A. 17. Terra Noceriana *Mont. Exot.* 14. Terra Bezoartia de Nocera, Species de Terræ Lemniæ *Boccon. Mus. di Fific.* p. 61. **Earth of Nocera.** *Ufu* Terra alba in Nocera inventa. *Vires.* Alexapharmaca, in Febre maligna & ardore urinæ efficacissima *Boc.* Astringentia & edulcorantia est, *Mont.*

III. De Marga. Marble.

*M*arga est substantia terrea, friabilis, levis, media substantia inter Argillas & Cretas, h. e. non ita sebacea & pinguis ut Argillæ, nec tam plastica ut Cretæ.

A. 1. Marga *Offic. Schrod.* 320. *Mer. P.* 218. *Aldrov. Mus. Metall.* 221. **Marle.** Varie sunt species & colores, ut rufa, grisea, & lutea. Est potio quædam pinguis & quasi medulla in faxis nonnullis, dum franguntur, reperta. *Vires.* Siccatur, constringit, consolidat, sarcotica est, tartarum sanguinemque coagulatum resolvit, *Schrod.* Apud *Kentmannum* varie Margarum species occurrunt. Candida, pinguis, mollis. Subcinerea, lapidosa, quæ artifices utuntur in effigendis imaginibus. Fulva, crustacea, quæ reperitur in terrâ arenosâ, aurum in se continens. Dura lutea arenosa Belgica, quæ incolæ, sicut aliis in locis, agros stercoreant.

A. 2. Marga saxatilis cinerea *Offic. Worm.* 6. Marga Goselaria cinerea *Agricol.* 579. Marga Goslarica *Charlt. Foss.* 4. **Reddish Marble.** in saxorum cavitatibus & fissuris reperitur. Cinerei est coloris, ex crustis crassis constans, sapore aridiusculo. *Vires.* Astringentem & Emplasticam vim habet, sanguinis profluvium sistit. Externe cum Terrâ Samiâ viribus convenit.

A. 3. Marga saxatilis incarnata *Offic. Worm.* 6. *Charlt. Foss.* 4. **Reddish Marble.** Ex montibus Bohemicis & Ligiis allata. Terra est pinguis & lubrica, colore incarnato, ponderosa, linguæ adherens, digitos subluteo colore tingens. *Vires.* Prodest ruptionibus, fracturis, fluxionibus, Hæmorrhoidicis, Dysentericis; venenis morbisque pestilentibus resistit.

A. 4. Marga candida *Offic.* Marga Feroensis *Charlt. Foss.* 4. Marga ex insulis Feroensibus *Worm.* 6. *Stenomarga Agricol.* 578. *Morton. Northamp.*

62. Agaricus mineralis *Imper.* 129. *Cod. Med. v.* Lac Lunæ *Woodw. Att.* 8. *Plot. Ox.* 58. *Boet.* 413. **White Stone-Marle.** In Germania reperitur. Substantia est fungosa, alba, friabilis. *Vires.* Refrigerat, astringit, Sanguinis eruptiones sistit, mensiumque profluvium Pollinem. ejus Chirurgi ulceribus desiccandis inspergunt *Gesn.* Cosmetica est insignis *Plot. Anselmus Boetius* ad lapidem Galactitem refert, quando durior est, sed si mollior sit ad Margæ species; non putat enim Morochthum, Galactitem, & Melititem lapidem, aliud esse quam Margam induratum. Vide *Dan. Major de Lacte Lunæ dissertationem Medicam.* edit. 1667.

A. 5. Rubrica Fabrilis *Offic. Mer. Pin.* 218. *Matth.* 1359. *Calc. Mus.* 134. *Dougl. Ind.* 80. Rubrica *Charlt. Foss.* 2. *Worm.* 4. *Aldrov. Mus. Metall.* 257. Rubrica Fabrilis Mollis *Kentm.* 8. **Red Oker, Rubole, Marking-Stone.** Est substantia terrea, ponderosa, intense rubra, saporis astringentis. Multis in locis reperitur, v. g. in agris *Herefordiæ, Lancastriæ, Hamptoniæ, Rutlandiæ,* &c. *Vires.* Siccatur & astringit. Usus ejus medicus est in Emplastris vulnerariis & siccantibus. In Laterculos coacta pro *Bolo communi, Common Bole Armoniack,* in Officinis à Pharmacopolis venditur, in placentulas coacta & sigillo aliquo signata *Terra Sigillata rubra, Red Lumber Stone* dicitur. Rubrica laminata *Worm. Charlt. Foss.* Rubrica fabrilis dura *Kentm.* Dura est, & Fabris lignariis usitata; non nisi madefacta lineas ducit rubicundas.

A. 6. Terra Tripolitana & Tripolis *Offic.* Tripolis *Schrod.* 320. Terra seu Gleba Alana *Calc. Mus.* 131. Alana terra, vulgò **English Oker.** Est substantia terrea, facile friabilis, coloris citrini intensi, saporis astringentis. Eruta est ex fodinis. *Vires.* Siccatur & astringit. Usus ejus in Pharmacopœia vel nullus, vel rarus est, nisi quod pro destillandis Spiritibus salinis, salibus admisceatur, quò minus ea fluant.

A. 7. Lapis Morochthus *Offic. Boet.* 411. *De Lact.* 140. *Matth.* 1385. *Calc. Mus.* 275. Morochthus aliis Leucogæa, Leucophragis, Galaxius, Graphida, Galactites *Worm.* 71. *Charlt. Foss.* 30. Morochthus *Aldrov. Mus. Metall.* 668. *Agricol.* 606. **White Marking-Stone.** Est substantia mollis, lubrica, colore varians, viridis, aliquando alba, nigra, vel mellis. Reperitur in Anglia, Saxonia, Ægypto, &c. *Vires.* Convenit iis qui sanguinem expuunt, cœliacis, & vesicæ doloribus; ad fluxus matricis commendatur. Ulcera oculorum sanat, *Diosc.*

A. 8. Lapis

A. 8. Lapis Galactites *Offic. Boet.* 412. *De Lact.* 140. *Matth.* 1385. Galactites *Aldrov. Mus. Metall.* 665. *Agricol.* 606. *Calc. Mus.* 276. **Milk-Stone.** Substantia est molli, cinerei coloris, gustu dulcis. Invenitur in Saxonia. *Vires.* Laudatur ad fluxiones oculorum, & ulcera *Diosc.* Nutricum Lac auget *Boet.*

A. 9. Lapis melitites *Offic. de Laet.* 142. *Calc. Mus.* 276. *Boet.* 416. *Matth.* 1385. Mellitites *Aldrov. Mus. Metall.* 668. Melitites *Agricol.* 606. **The Honey-Stone.** A Galactite tantum colore & dulcedine differt. *Vires.* Eiusdem cum Galactite effectus *Diosc.* Abstergere paulo magis ac paulo calidior Galactite videtur *Galen.* Ex iisdem Saxi calcis gignitur Galactites & Melitites *Agricola lib. v. De Nat. Fossil.* Wormius inter Morochthum, Galactitem, & Melititem hoc discriminis ponit, quod Morochthus lacteum succum edat, absque mellis dulcedine, nec albus, nec cinereus existens. Galactites vero albus vel cinereus est, lacteum succum sine mellino sapore promens. Melitites vero vario colore, succum lacteum mellis dulcedine exhibet. Verum has tres *Jo. de Laet. lib. de Gemmis & Lapidibus, p. 142.* inter se differre statuit, & hoc modo distinguit: Qui igitur cinereo colore constat, aut nigro, Galactites fuerit: qui flavescit, mellis similitudinem etiam in colore referens, merito dici possit Melitites: subviridis autem Morochthus. Nitet autem gemmae instar Morochthus magis quam ceteri.

A. 10. Lapis Thyites *Offic. Matth.* 1386. Thyites *Boet.* 415. *De Laet.* 142. *Aldrov. Mus. Metall.* 670. **The Green Stone.** Subviridi est colore, Iaspidem imitatus, cum diluitur tamen lacteum succum reddit. Vehementer mordet. In Aethiopia gignitur. *Vires.* Tenebras, quae pupillis observantur, expurgat *Diosc.*

Thyites *Dioscoridis* quid fuerit, nobis incognitum est. At neque superioris seculi scriptoribus melius intellectum. *Fuchs* lapidem Turcicum esse existimat, cuius opinio à *Matthiolo* bene refutatur, ad quem lectorem remitto. *Agricola lib. 6. de Nat. Fossil.* à Morochtho nihil differre iudicat.

IV. De Creta.

EST terra durior, emplastica & candida, non sebacea, neque pinguis, & quod ad linguam promptè hæret.

A. 1. Creta *Offic. Mer. Pin.* 218. *Schrod.* 320. *Worm. Mus.* 3. *Charlt. Foss.* 2. *Worm.* 3. *Agricol.* 580. Terra Creta *Aldrov. Mus. Metall.* 241. Creta alba, seu candida *Dougl. Ind.* 28. **Chalk.**

Ex terræ fodinis variis in locis effossa. *Vires.* Siccat & abstergit, Emplastica est. Usus ejus internus nonnunquam in ardore Stomachi, Cardialgia falso dicta. Externus in Vulneribus, Ulceribus, &c. siccandis. *Præp.* Calx viva *Offic. Lime.* Est substantia lapidosa ex albo cinerea, facta ex Creta ignis violentia in Calcem exusta; saporis acris & mordacis. Usurpatur externe solum in ulceribus fordidis, Cancro, Gangrenâ, &c. Interne siccat. *Calx extincta. Offic. Slak'd Lime.* Ex Calx viva cum sufficiente quantitate Aquæ soluta. Vide *Cap. de Lapide Calcario in Sect. Sextâ de Lap. minus pretiosis.*

A. 2. Terra Melitæa *Offic. Schrod.* 317. Terra Melitenfis *Charlt. Foss.* 4. *Worm.* 6. *Aldrov. Mus. Metall.* 253. Terra ex Melita Insula effossa *Calc. Mus.* 130. Terra Melitenfis. Gratia Sancti Pauli *Mont. Exot.* 14. Terra Sigillata Sancti Pauli vulgò. **Carth of Malta.** Est substantia cretacea, ponderosa & emplastica, colore exalbido, sapore astringenti. In tabellas coacta, & capite Divi Pauli cum vipera signata ex Insula Melitæa ad nos transportatur, sed raro aut nunquam in Officinis Pharmacopolarum nostrorum invenitur. *Vires.* Ut in externa facie, ita & viribus cum præcedente convenit. Extat Charta quædam lingua Italica exarata, quæ de viribus terræ hujus descriptè agit.

Melitenfis etiam terræ mentionem facit *Schrod.* in sua *Pharmacop.* lib. de Terris: inquit *Paulus Ammannus*, quæ an virtutis sit Alexipharmacæ, & quidem tantæ, quantæ vulgò æstimatur, breviter videndum. *Propriè terra Melitenfis* dicitur corpus illud globosum, quod in spelæo S. Pauli in Insula Maltha reperitur vel effoditur; *impropriè* verò corpus aliquod petrosum, linguam serpentinam referens, & huic glebæ adharens. De utroque referunt Historici sequentia: Postquam Apostolus varia edidit in Insula Maltha miracula, statim omnia venenata animalia suam vim nocivam exuerunt, adeò quidem, ut hodie nulla venenata animalia ibidem reperiantur, imò si quæ forsan importentur, statim venenum, & ledendi potentiam perdunt, ex eo, quòd, cum Apostolus Melitæ sarmenta in ignem conjiceret, viperâ manui adhærente, omni reptilium generi maledixent, terræ contrâ benedicendo. Hinc tanta virtus terræ Melitenfis & glossopetris attributa. Ast quoniam hæc præter narrationem factam aliis nullibi leguntur, vel firmo etiam experimento stabiliantur, fidem hanc historicam tam facile in nostra Praxi vix admittimus, præprimis cum ipse *Niederstedius in Descript. Inf. Melit.* p. 25. hæc de re dubitet. Accedit, quòd

quoddam glossopetræ falsò credantur esse viperarum lingue, miraculo Divi Pauli petre factæ, inferius hæc pluribus demonstraturus.

A. 3. Plumbum nigrum *Offic.* Nigrica fabrilis *Mer. Pin.* 218. *Charlt. Foss.* 2. Massa nigra ad Pnigitem referenda *Worm.* 5. Ochra nigra *Phil. Transf.* N°. 240. p. 183. An Creta nigra mollis & dura *Kentman* 7? **Black Lead.** *Matth. Bello.* Invenitur in fodinis. Mollis est, sed tamen consistentiæ firmioris, levis, & splendens, non petrosa, in frusta variæ magnitudinis divisa. *Vires.* Refrigerat, siccat, repellit. Usus præcip. adversus strumas tumoresque frigidos & Phlegmaticos. Ad ducendas lineas, & monochromata à pictoribus & fabris usurpatur. N. B. Optima censetur quæ invenitur in Anglia, v. g. apud Keswick in agro Cumberlândia; quæ ex Hispania adfertur fragilis est, pessima quæ ex India Orientali advehitur.

A. 4. Creta Selinusia *Offic.* *Aldrov. Mus. Metall.* 248. Terra Selinusia, *Matth.* 1392. *Calc. Mus.* 126. **Earth of Selenusia.** Maximè laudatur, quæ vehementer resplendet, candida, friabilis, & humore dilui celerrima. *Vires.* Siccat & astringit, ad ulcera commendatur. Quamvis terra Eretria, Chia, Selinusia, Pnigitis & Melia antiquis notissimæ fuerint, & in usu Medico frequentissimæ, ut auctor est *Galenus*; tamen ab his, qui nos præcesserunt, adeo neglectas fuisse constat, ut nulla ampliùs quod sciam (inquit *Matthiolus*) ad nos adferatur.

Cretas diversimodè coloratas enumerat expertissimus *Kentmannus*. 1. Cretam Argentariam, in quâ micæ argenteæ internitent. 2. Luteam mollem, quæ facillimè lineas ducit. 3. Cæruleam, quæ fabris in pingendis parietibus in usu est. 4. Viridem duram. 5. Nigram mollem & duram, argenteis maculis nitentem. 6. Fabrillem candidam, ex quâ *Cataloni* ad Matronam parietes & muros extruunt, unde etiam *Algeriæ* portus extructus dicitur. Apud *Wormium* invenio Cretam Umbriam coloris fusci, pictoribus maximè expetitam, eâ enim Umbras in picturis exprimere solent.

Terra Japonica improprie sic dicta non hujus classis est, non enim præparatio Terræ Indicæ, sed vegetabilis seu fructus *Fausel* dictæ, ut loco suo ostendemus.

SECTIO TERTIA.

De Sulphuribus Medicamentosis.

Sulphur est resina seu terræ pinguedo inflammabilis, fitque ex perittomate macrocosmico pingui, respon-

dente in *Phytologia*, *Oleis*, & *Resinis*; in *Zoologia*, *Pinguedini Axungiaque*. Sulphur in Oleo solubile est, & gravem odorem præbet, ex Pyrite efflorescere videtur, observante *Schwenkfeldio*, 394.

I. De Sulphure.

EST Resina sive pinguedo terræ chalcantiosa, aciditate gravida, *Schrod.* pag. 501.

Sulphur nativum & vivum *Offic.* Sulphur nativum, *Schrod.* 501. *Aldrov. Mus. Metall.* 364. Sulphur nativum seu vivum *Charlt. Foss.* 12. Sulphur fossile, *Agricol.* 592. Sulphur fossile seu vivum & nativum *Worm.* 26. Sulphur vivum *Schw.* 394. *Matth.* 1370. Sulphur luteum nativum *Kentm.* 18. Sulphur vivum nativum seu ignem non expertum *Dougl. Ind.* 88. **Sulphur Alve.** Ex terra effoditur, triplex est; vel purum, quale ex Goslaris fodinis eruitur; vel impurum, quale ex Islandia erudum adfertur; vel fixum, ex monte Vesuvio aliisque Vulcanibus. Præfertur purum, solidum, interdum scissile & ignis expers. *Vires.* Calidum & siccum est, pectori dicatum; aperit, incidit; putredini, veneno, venenatorumque Animalium moribus resistit, provocat sudorem, &c. Hinc conducit in Phthisi, Tussi, Asthmate, Peste, Pestilentialibusque Febribus. Extrinsecus discutit tumores duos, sanat Lichenes duos, Pruritus, &c. *Schrod.* Præp. sunt. 1. Sulphur factitium *Offic.* *Schw.* 394. *Worm.* 26. *Schw.* 394. *Schrod.* 501. *Agricol.* 592. *Aldrov. Mus. Metall.* 364. *Charlt. Foss.* 12. Sulphur flavum quibusdam. **Wymstone.** Vel ex Sulphure vivo impuriori vel ex Pyrite vi ignis educitur. Vel ex effossa glebâ coctâ sublimatur & concrevit varia figura, ut in multis *Italiæ* locis, *Sinenfi*, *Puteolani*, & *Volaterrano*. Modum sublimandi vide apud *Matthiolum*, p. 1371. Quibusdam in locis ex aquis decoquitur, ut ad *Budam*, aliisque *Pannoniæ* locis. Est substantia inflammabilis, luculenter ardens, fumumque magis cæruleum halans. 2. Sulphur Caballinum *Offic.* Sulphur nigrum caballinum *Worm.* 28. *Charlt. Foss.* 12. Sulphur caballinum factitium *Kentm.* 19. Sulphur factitium caballinum officinarum *Calc. Mus.* 174. **Wolfe Wymstone.** Nihil aliud est quam feces è coctione Sulphuris vivi impurioris relictæ, & in urceos admixtis nonnunquam squamis Martis transfusæ. 3. Sulphur commune. **Common Wymstone.** Ex Sulphure vivo & Resina communi fit, & in rotulas coactum in Officinis ab Aromatopolis venditur. Apud *Wormium* Sulphur fossile Vivum seu Nativum multiplex est: 1. Planè aureum instar Cry-

stalli